



Fschi


FXVII. 19

Q

(1-23)

(St. XVII. 19.)

- Arenschen, de Conveniatura Regis cum negotiis Pauperum.  
Gaffel, de Precedentia.  
Werkhoff, de Proscriptione inferiorter liberiorum.  
Horn, de Burgo virio Magdeburgie.  
Nascanz, De Originibus officiorum unicorum s. R. F.  
Lime, de Concordatis nationis Germaniae.  
Thomasius, de Jure usq[ue] ad regnum fr[anc]i. de abys.  
Brentmann, de Liniatibz.  
Noor, de origine Reabilitatis Germaniae.  
Dennelmann, de Partibz et mandatis Principis captivis.  
Budde, de Successionibz Principerituralium.  
Jong, de usurpiis Regis Stephanii i. R. Hung.  
Oetken, de fortificis Wulfringham.  
de Schell, de Eticacia Pachorum illustrium contra Teletium.  
Fleischbecker, an Principis factis suos futuros possit obliquiri.  
Cotterij, de Regime usurparioris regis ejus.  
Lehmann, An presentatione rebellis pro Gentium invidiis regis usq[ue] Principis.  
Hettner, de Dominis Viceraribz off[er]t, de sancto Romano Iudicio.  
Schröder, de origine terrae apocryphae.  
Luzernum, de Mitis Germanorum in Indumentaria.



14

ARBITRIVM.  
DE  
FRANCISCI WALSINGHAMI  
EXPLORATIONE AVLICA  
CENSVRAE  
PERILLVSTRIS EXCELLENTISSIMIQVE  
VIRI  
GEORGII WILHELMI DE RHEINBABEN  
CONSILIARIII INTIMI  
SAXO SALFELDENSIS  
DEVOTIONE SVBIECTISSIMA  
OBLATVM  
A  
IO. HENR. ACKERO.

---

---

RVDOLSTADII  
MDCCXVII.



MAGNORVM virorum gratia ad paeclaras  
nientibus decus ac robur est. Non igitur mirabe-  
re, generis splendore, splendidiae dignitatis administra-  
tione, eruditionis sublimitate, meritorum gloria magne  
magni PRINCIPIS Maecenas, quod in ardua littera-  
rum via, in qua licenter vaga barbaries subinde gra-  
ui bonas mentes adfligit vulnere, mite gratiae TVAE  
patrocinium ambiam. Adspirat illa floribus, et molli  
vmbra, dulcis humor est satis musarum, felices red-  
dit, qui fato quodam sunt infelices, ad coelum tol-  
lunt laudibus clientes. Sine me igitur impetrare  
etiam, admitte comiter ad aram sapientiae, vbi laetio-  
ris fortunae suffragia dispertis. En exiguum thuris  
impensam, qua aram illam colo, dabo plura, si per  
fortunam licuerit. Dia TE interea seruet gratia,  
ueatque cunctis, quibus haec vita circumfluit,  
bonis. Vale.

FRANCISI WALSHAMII III  
EXPLORATIO AVLICA

**L**ISABETHAE, Angliae reginae, praestantissimis hominibus semper abundauit aula. Nam cum in \* ipsa esset *καλλος, μεγεθος, σωφροσυνη, Φιλοεργια,* summa omnia, variis adlicere honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditos ornamentis summe cupiit. Agere memoratu digna primum et in aperto erat in theatro hoc illustri. Atque hic etiam magna ac nobilis virtus Francisci Walsinghami praefulsiit. Natales splendidi, diuitesque praeclaris exemplis ad plena gloriae facinora stimulos addiderant: intraueratque animum cupidio vel occupandi, in quod maiores felici ascenderant gradu, vel supergrediendi, fastigium. Sedes ac magistra studiorum Cantabrigia, locus elegantia moris, ac doctrinae eruditio mistus, ac bene compositus, vbi regali in magisterio per honestarum artium cultum iuuentam transegit.

Hausta confirmabat augebatque itineribus sapienter institutis. Colloquia heroum, virtute, optima loquendi materia quae decorabantur, negotiorum expediens

A 2

pedien-

\* Aschamus lib. 1, epist. 39. edit. Londin.

#### IV WALSINGHAMI EXPLORATIO AVLICA

pediendorum rationes, aliaque ad acquirendum prudentiae habitum vtilia adiumenta diligenter attendebantur. Rudimenta haec postquam se adprobabant diligentibus et moderatis ducibus, committebant arcaña status negotia : capacissimus statim indolis vigor , in aprico ac veluti in lumine explenduit. Aulae obseruatio primus erat scopus. Abstrusis animorum recessibus, et arcanis ministrorum vestigandis perscrutandisque datum contentione nunquam remissa, sed potius aucta atque incitata studium. Nec aulae solum suae vigiles intendit oculos, sed circumtulit etiam per alienas. Exploratores hanc in rem fouit varios variis in aulis, qui abdita elicerent, et ad notitiam perferrent. Atque ita processit sciscitationis hoc negotium , vt in digitis fere haberet, quae in Anglia , Scotia , Hispania , Gallia gererentur : lectique \* formula symboli non VIDERE solum, sed etiam TACERE saepius instillabat.

Sed vtinam lucrum superasset impensas, quod Cardanus \*\* spospondit, ac non potius paupertas, onus miserum ac graue, subiisset vicem. Tantum enim explorationis huius curiositate conflatum aeris alieni, vt furtiuo fuerit funere efferendus.

Pec-

\* Remarque sur la vie de Wansingham dans me-  
moires de Walsingham p. 579.

\*\* Arcana politica c. xxxv.



## WALSINGHAMI EXPLORATIO AVLICA V

Peccavit igitur in propria commoda non sine nota incuriosae suorum imprudentiae. Evidem priuatis oportet vtilitatibus \* publicas anteferre, multoque diligentius muneri suo consulere, quam facultatibus ; at non ideo negligendae penitus priuatae rationes nostrae. Circa erogationem opum \*\* ita temperandus animus , vt, et quae expendere iubet officium, libenter eroget, et easdem praeter necessitatem et rationem non dissipet. Aequo enim stultum est, non velle eas fini, cui destinatae sunt, adhibere, et temere profundere, quae melioribus debabantur vsibus. Praesertim cum illud multiplicem officii violationem habeat coniunctum, et hoc ad multa vitia, ac molestias, puta, aes alienum, foedam paupertatem, rapinas, fraudes, furtam, viam sternat.

Sed, inquis, non fuisse praeter necessitatem et rationem factum. Vtisse reginae caussam, quae sine impensa ista non potuisset felici successu explicari. Ita vero regina ex iustitiae \*\*\* regulis, quae indemnes praestat tali in negotio, pensare debuisset : et quis crederet diuinitus meritam de quamplurimis nega-

A 3

tu-

\* Plinius lib. vii. ep. 18.

\*\* Pufendorff. ius nat. et gentium c. iv. §. 10.

\*\*\* Huber de iure ciuitatis lib. ii. sect. c. 5.

§. 2. p. m. 539.

## VI WALSINGHAMI EXPLORATIO AVLICA

turam fuisse, si tabulae expensarum fecissent fidem.

Subductis rationibus omnibus Walsinghamum  
credo nimia cupiditate illustrioris fortunae, nimio, per  
quod obtainenda erat, gratiae regalis studio lapsum  
fuisse. Scilicet sublime et erectum\* ingenium pulcri-  
tudinem ac specimen excelsae magnaeque gloriae ve-  
hementius saepe quam cautius adpetit.

Qui non sunt contenti modico principum fauore,  
qui infinite gratiam concupiscunt, qui immenso flagrant  
desiderio proferendi gradum ad altiora,  
exitium nostri suae adhibeant cautioni.  
Erudiant huius infelicia fata non minus, quam  
regulæ politicae, quæ a summis\*\* viris de meliore com-  
mendantur.

Studeamus denique omnes magis placere Deo,  
cuius gratia perennis, quam principibus, quorum  
mentes in horas saepe mutantur.

PRINCIPI QVOD \*\*\* PRINCIPVM PLACEAT, LEGIS  
APVD NOS HABEAT VIGOREM.

AD-

\* Tacitus in vita Socris c. iv.

\*\* ill. Menckenii schediasma de comment. hist.

p. 47.

\*\*\* §. 111. instit. de I. N. G. et C.

WALSINGHAMI EXPLORATIO AVLICA VII

ADNOTATIONES

COLLOQVIA HEROVM)

Georgius Sabinus in interpretatione fabularum  
Ouidii p. 190. Magnorum , inquit, principum ac fortium virorum colloquia debent esse de rebus honestis et graubus. Sunt autem honestissima colloquia de virtute. Itaque finguntur heroes apud Achillem in conuiuio non habere alios sermones, nisi de memorabilibus factis:

Non illos cytharae, non illos carmina vocum

Longaque multifori delectat tibia buxi  
Sed noctem sermone trahunt, VIR TVSQVE  
LOQVENDI

MATERIA EST: Pugnam referunt hostisque suamque,

Inque vices adita atque exhausta pericula  
saepe

Commemorare iuuat, quid enim loqueretur  
Achilles

Aut quid apud magnum potius loquerentur  
Achillem ?

ERV.

VIII WALSINGHAMI EXPLORATIP AVLICA

ERVDIANT WALSINGHAMI INFELICIA  
FATA)

Errores monstrari modeste talibus in exemplis magni interest ad emendationem gloriosam. Optandum, vt in scholis politicis huiuscemodi exempla proponerentur saepius, neque solum illud Euclideum, ὅπερ ἔδει δεῖξαι sed alterum, quod in Euclidis problematibus est, ὅπερ ἔδει ποιῆσαι studiosius vrgeretur: minus fortassis pullularet in vita viatorum, quae nunc succrescunt vbererrime ut herba irrigua. Ill. Boineburgius huc vertit aciem mentis exaedificato opere de vsu errorum in republica.


Celeb. Struui Acta litteraria fasc. III.

p. 12. 13.

W 28

RICA





14

ARBITRIVM.  
DE  
FRANCISCI WALSINGHAMI  
EXPLORATIONE AVLICA  
CENSVRAE  
PERILLVSTRIS EXCELLENTISSIMIQVE  
VIRI  
GEORGII WILHELMI DE RHEINBABEN  
CONSILIARIU INTIMI  
SAXO SALFELDENSIS  
DEVOTIONE SVBIECTISSIMA  
OBLATVM  
A  
IO. HENR. ACKERO.

---

---

RVDOLSTADII  
MDCCXVII.

